

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

#4
gen 18

EXERCITATIO
PHILOLOGICO-THEOLOGICA
DE
**VATICINIO
AMOSI
PROPHETAE,**

QVAM
ADSISTENTE GRATIA DIVINA,
PRAESIDE

**CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,**

THEOL. ET PHIL. PROF. PVBL. ORD.

AD D. VII. APRIL. A. CIOCCXXXVI.

IN FRIDERICIANA ACADEMIA

HORIS LOCOQUE CONSVENTIS

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTET

RESPONDENS

**GOTTLIEB AVGUSTVS ~~Weißbeck~~
HALBERSTADIENSIS.**

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

VIRIS
REVERENDISSIMIS, PER-ILLVSTIBVS
AC GENEROSISSIMIS,
DOMINO
CLAMERO EBER-
HARDO DE BVSCH,

CAPITVLI ECCLESIAE CATHEDRALIS,
QVOD CVM MAGDEBVRGI TVM HALBERSTADI FLORET,
HVIVS DECANO, ILLIVS CANONICO DIGNISSIMO,
HEREDITARIO IN STAV, BRVMMERSFORT, CET.

NEC NON

DOMINO
IOHANNI ADAMO
LIBERO BARONI
AB ENDE,

POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS CONSILIARIO REGIMINIS
IN DVCATV MAGDEBVRGICO,
ECCLESIAE CATHEDRALIS HALBERSTADIENSIS
CANONICO
RERVMQUE IUDICIALIVM PRAEFECTO SPECTATISSIMO,
EQVITI ORDINIS S. IOHANNIS,
VETERIS IESNITZAE, IN TRINVM ET SALTZA DYNASTAE,

VIRIS
STUDIORVM AMPLIFICATORIBVS BENIGNISSIMIS,
HANCCE DISSERTATIONEM

JOHN ADAM
DICC ET CONSECRAT

RESPONDENS.

JOHN ADAM
DICC ET CONSECRAT

VIRI

Reuerendissimi, Perillustres, Generofissimi,
Domini & Maecenates

Summa obferuantia venerandi & colendi,

R Euerendissimis Excellentissimisque No-
minibus VESTRIS dissertationem hanc,
cuius in me suscepi defensionem, demis-
sime consecrare quod audeam, accipietis
in optimam partem. Maxima enim in me con-
tulisti beneficia, quibus adiutus huc vsque in
tractandis sacris omne potui studium ponere.
Haec apud gratum hominem collocata fuisse,
non significandum solum, sed etiam propalam
decla-

declarandum sum arbitratus. Permittite itaque Clienti licentiam, vt fateri queat, VOBIS se debere incredibilem venerationem, totumque VESTRVM esse. Praepotentem autem DEVVM potissimum precor atque imploro, vt VOS, Dignitatem VESTRAM, Comoda VESTRA, Familiasque VESTRAS perantiquas & Illustres, diligentissime tueri ac conservare, nec non VOS saluos, incolumes & beatos vsque ad ultimum senectutis tempus praestare velit,

Reuerendissimorum & Perillustrium

Nominum VESTRORVM

R

gutte in me flosci getriggnete, dientis

gutte collegiae doceyngt, accipiente

et obtricata parcer. Maxima curia in me con-

cuteor deuotissimus

GOTTLIER AVGVST WEISBECK,
Stud. Theol.



EXERCITATIO
PHILOLOGICO-THEOLOGICA
DE
VATICINIO AMOSI.

§. I.



Nimus nobis est, præliminaria quædam Nomen A-
capita, quæ vaticinium AMOSI lectu- MOSI est
ris conducere possint, in fasciculum ab אָמֹס im-
collecta explicare. Quod dum agi posuit ad se-
mus, a nomine diuini auctoris, quod rendum.
hebraice אָמֹס, græce Ἀμώς, & latine
Amos exprimitur, tractationis initium
non incommodè videmur facere. Certum est, nomen hoc
esse deducendum a Verbo מְעַנֵּס onus ad ferendum imponere, sive
fibimer ipsi, sive aliis; vt pote quod isto significatu, quem ei
modo adtribuimus, nouies in Hebræo Codice occurrit, nem-
pe Gen. XLIV, 13. 1 Reg. XII, 11. 2 Par. X, 11. Neh. IV, 7.
c. XIII, 15. Esa. XLVI, 1. 3. Zach. XII, 3. Psal. LXVIII, 20.
indeque Zach. XII, 3. dictus אָמֹס — lapis impositionis,
qui vt onus graue ad portandum imponitur: sed in expli-
canda etymologica ratione nominis auctores in diuersa, vt

mox videbitus, abeunt. Ut igitur hac de re, si non certum, tamen probabile quid constituamus, iuuabit ante omnia, tum formam Nominis, tum qualitatem considerare grammaticam: utpote quæ significationem eius quodammodo illustrabunt.

Idemque
forma con-
venienscum
דָּרוֹל
בְּבוֹר
מַגְנָעֵס
gloria; qua-
litate adie-
ctuum &
concreti-
um potius,
quam sub-
stantiuum
& abstracti-
vum.

§. II. *Forma Nominis* עַמּוֹס Amos ita comparata est, ut ratione Qualitatis dubium videri queat, sitne Substantivum, ad instar כְּבָר gloria; an Adiectivum, vel saltem Concretivum, ad typum קָרוֹל magnus: posteriorem tamen hypothesin priori præferendam esse putamus. Etenim forma Nominum, de qua nunc quæritur, in Substantiis non quidem proorsus inusitata, rarius tamen est; at in Adiectiis & Concretiis frequentissima. Ex Substantiis vix alia quærentibus nobis, quam sequentia hæc, occurserunt exempla: רְרוֹם **auster**, בְּבוֹר **gloria**, עֲרוֹב **canis**, seu **musca canina**, שְׁלָשׁ **trias**, שְׁלָשׁ **pax**, & קָעֵץ **clangor**. Ex his vero priora duo cum קָרוֹל **magnus**, aliasque huius generis Nominibus, tantummodo ad parentem habent formæ conuenientiam: quippe non desinencia in radicibus literas, ut hæc, sed in seruiles סִי & נִי; & prius quidem רְרוֹם **auster**, a themate בְּרֵר fluxit, defluxit, posterius vero עֲרֵב boreas a מְבֵב eminuit, ex alto prospexit, vii PRÆSES in Disp. de Notioribus Superi & Inferi §. XV. ostendit. Sed & reliqua, si paulo spectentur curatius, ex se & prima sua, seu formalí significatione, Adiectua forte fuerint, eaque non nisi per accidens ad Substantiiorum classem traducta: ita ut cum עֲלֵל conferri polyb. כְּבָר proprie sit grave, per meronymiam vero Adiectui pro Substantiu grauitas, eaque vel ponderis, vel glorie & honori, vel opum; בְּרֵב commixtum quid, pro *musca canina*, quæ in agmen commisceri & coire amat; שְׁלָשׁ in quo ternum quid est, pro triode; מְלֵא integrum, pro integritate, incolumente, pace; denique עֲקֵדָה infexus tubæ sonus, pro clan-

Sall. p. 54, 2. סִבְבָּשׁ
concretive capitul. pro
pacifico.

clangore. At Nominum *adiectiuorum*, seu *concretiuorum*, integrum messem cernere licebit apud Cl. IOANNEM SIMONIS in *Arcano Formarum Nominum Hebr. linguae* P. I. p. 137. seqq. Tum vero, licet haud abnuamus, propriorum Nominum, quae personis imposita ab Hebræis legimus, non pauca abstractiua esse, tamen plura sunt adiectiua; aut si substantiua, tamen concretiua: idque non immerito; quia personarum nomina, in omnibus propemodum linguis, vel a qualitate, vel a rebus gestis, vel a professione, commode non minus quam vistate desumuntur.

§. IV. Quodsi Ἀμων Amos ex rationibus formæ grammaticæ potius concretiuum, quam abstractiuum Nomen est, igitur remota impositionis, operationis & gestationis significatio, et concretiuum ei valorem iure vindicare videatur; sed qualem? Num a) intransituum *Grauis?* an b) transitivum *ImpONENTIS, ONERANTIS, PORVANTIS?* an denique passiuum, sive c) *Impositi* aliis, ac adeo portati, sive d) *Impositionem patientis ac fubeuntis*, indeque *onusti* seu *onerati?* Primam hypothesisin sequuti fere sunt doctores Hebræi, qui nomen id exposuerunt *grauem lingua*, hoc est, *balbum*, vt deinceps §. XVII. videbimus: HIERONYMVS item, (saltē ex mente aliorum, quos in *Comment. ad Esa. I. 1. laudavit*) explicans id populo durum Ἀμων; & in *Proem. ad Amosum*, *populum avulsum*, quasi esset compositum ex ~~αὐλοῦ~~ *populus* & ὄντι recedere; PROCOPIVS, qui *Comment. ad Esa. I. 1.* reddidit λόγον σκληρὸν, *Sermonem durum*; nec non MATTH. HERLERS, qui in *Onomast. S. p. 80. & 823.* *Onus* vertit, ipse tamen (vt mox adparebit) a se dissentiens. Admitti omni modo hæc possent, si thema illud Ἀμων, a quo nomen Amosi deductum est, intransitua gauderer significacione *grauem esse*; quia Nomina huius formæ, deriuata a Verbis intransitivis, solent & ipsa intransitue capi, vt בָּרֶן rubicundus, ab

A 3

Exemplum capi in filii
Jacobī נְזֹרְבָּנִי רַאֲבָנִי כְּנָפָדִי
לְעֵמָקִי כְּנָפָדִי לְעֵמָקִי כְּנָפָדִי

Remota si-
gnificatione
abstractiua
impositionis
remanet
quadruplex

in exponen-
do Nomine
hypothesis.
Primo, num
significat
grauem, sive
lingua, sive
sermonibus,
aut *onus*?

□ 78

Alqui ad metonymicam si
significatum conjugendum
prig non est. An vero se-
cundo, onus
quam necesse imponentem
tas aliqua nos portanterue
coget, primum et propri-
um significatum desere.

רְבָרַת rubuit, רְאֵרֶת longus, ab אֲרָךְ protensum esse, טְמִינָה mundus, a טְהָרָה mundum esse; prouti Cl. IO. SIMONIS (quo dili-
gentius & accuratius nemo in significatus formarum He-
braicarum inquisuit) pluribus ostendit l.c. pag. 139. seqq.
Cum vero primituum עַמָּס nullibi grauem esse, sed ubique
onus imponere significet, igitur nec nomen Amos, in se & sub
hac forma spectatum, grauem notat, nisi per metonymiam;
nempe quia quae ad ferendum imponuntur, graua solent
esse.

§. V. Num igitur, quae altera est hypothesis circa ex-
positionem huius Nominis, Amos transitiva significatione
valebit a) onus imponentem, aut b) portantem? Prius horum
si luberet, non quidem id abluderet a rationibus Amosi, vt
qui tum Israelitis & Iudeis, tum finitimis populis vatici-
nando durum onus imposuit; & cuius verba, (aiente Ama-
tzia Betheleni sacrificulo Amos. VII, 10.) sustinere terra non
potuit: sin posterius, (vti id placuisse videmus SIXTO SE-
NENSI in Biblioth. S. lib. I. p. 42.) ne hoc quidem a Proph-
eta fatis alienum esset; quippe qui onus hostilium persecu-
tionum, quas ab improbo populo, eiusque in primis clero, su-
stinet, patienter ex voluntate Dei portauit. Posset item tum
hoc tum illud veri speciem consequi ex analogia similium
Nominum, vt קָרְבָּן probator, (vt vulgo exponitur) a קָרְבָּן
probauit; נִגְזָר timidus seu timens, ab נִגְזָר timuit, שְׁקָדָע ceeps
seu retia tendens, ab שְׁקָדָע retendit, עַכְבָּר turbator, ab עַכְבָּר tur-
bavit; sed laudatus modo SIMONIS l.c. pag. 137. ostendit,
Nomina huius formae, si a Verbis transitiva actionis deri-
ventur, potius Obiectum, quam Subiectum actionis notare;
vt נְסָמָך infans qui gestatur, ab נְסָמָך portare; סְמָמָך rei-
citur, reiectamentum, a סְמָמָך reiecit; רְקָב punctatus, ab Arab.
رَكْب pungere; עַקְבָּה quod infigitur tubae, seu clangor, a עַקְבָּה
infigere, clangere. Qua cum regula quomodo conciliari
queant

queant exempla paulo ante producta, quæ contraria videntur, id malum apud laudatum Auctorem p. 556. alibique relegi, quam propriis explicare verbis.

§. VI. Restat proin hypothesis tertia & quarta, ut vel An tertio, *impositum ad ferendum*, ac adeo *portarum*, vel *onustum* seu *onussum* seu *oneratum* denotet. Posterius non placet: quia actio per *oneratum*? Verbum *ונשׁת* significata, nusquam in sacris litteris pro Obiecto habet id *cui* quid, sed ubique id *quod* alicui *imponitur* ad ferendum; indeque *ונשׁת* Amos non dicet *onus subuentem*, *onere grauatum*, *oneratum* seu *onustum*, quomodo MATTH. HILLERVS in *Onomaſt.* S. p. 38. & 743. sibi non sat is constans (nam alibi *onus* vertit) interpretatus est, sed potius, que nostra est sententia, *impositum, portarum*. Fieri an denique potuit, vt parentes Amosi id nominis filio recens nato indiderint, animum & adfectum testatur erga Deum diuinam possum, portatum? quod que prouidentiam; vt pote cui filium a tenerima infantia eligitur, & per omnem vitam commendatum esse cuperent: plane vt illustratur Esa. XLVI, 3. 4. Deus, eodem vtens Verbo, a quo Amos nomen est, de Israelitis dicit: *Portati* (*טְבַנְתָּם*) a me inde ex Esa. 46, 3. ab utero, gestati inde a matrice; quin & ad senium vestrum 4. Psal. 22, usque ego sum idem, & usque ad canitatem vestram vos hau- 10. II. labo; ego vos feci, idemque gestabo, & idem hauulabo vos, at- que eripiam. Aut vt David Psal. XXII, 10. 11. ipsum Messianum Patri caelesti loquentem introducit: *Tu es qui eduxisti me ex utero, qui me confidentem (securum in te) reddidisti super uberibus matris meæ; in te proiecius sum inde a matrice,* ab utero matris meæ Deus meus tu es. Nomen igitur hoc, si ita explicitur, vt iam diximus, professionem fidei ac pietatis parentum erga Deum continet. Confer, si placer, Disserit de Nominibus propriis sacris, A. CLXXXIX. sub PRÆSIDIS moderamine ventilatam, §. XXII. vbi pulcherrima res, populoloque Dei dignissima, quod Hebræi ea suis liberis indiderint

Vide §. IV.

quarto, im-
positum, por-
tatum? quod
eligitur, &
illustratur

ex Esa. 46, 3.
4. Psal. 22,
10. II.

diderint nomina, quæ ad pietatem suam, fidem, spem, reuerentiamque erga Deum testandam, natorum vero animum ad optima quæque incendendum, apprime essent composta, exemplis plurimis est declarata.

Homonymia, seu con-
fusio **אָמֹן**
Amos cum
patre Esaiæ
אָמֹן Amo-
רֵז, ex or-
thographia & etymolo-
gia Hebraicæ
resoluta.

§. VII. Est autem discriminè sat euidens inter nostrum **אָמֹן Amos**, patremque Iesaiæ prophetæ **אָמֹן**, quem & ipsum LXX. Græci interpretæ, vna cum Vulgato Latino, **Amos** & **Amos**, perinde ac nostrum prophetam, extulerunt Es. I. i. Differunt ambo nomina, vt orthographia, sic etymologia. Noster enim, qui in XII. prophetarum minorum volumine tertium locum occupat, scribitur ab initio per **Ain**, & in fine per **Samech**; at pater Esaiæ ab initio per **N Aleph**, & in fine per **Tzade**: Nomen item nostri adpellative *impositum* seu portatum; at patris Esaiæ nomen *validum* notat. Proinde error est, isque ex confusione nominum ortus, quum CLEMENS ALEXANDRINVS lib. I. Strom. p. 327. scribit: *Eius (Oziae) tempore prophetarunt Amos & Hozias & iudei dñe, AMOS & ESAIAS FILIVS eius.* Pariterque auctor de *Vitis Prophetarum* apud EPIPHANIVM To. II. Opp. p. 245. in vita *Amosi*: "Esi δὲ πατὴν Ἡσαῖα τῷ προφήτῃ; ut taceamus alios, quos Ven. D. IO. HENR. MICHAELIS in Dissert. de *Iesaiā propheta* §. III. not. m) allegavit, & confutauit. Reēte vero HIERONYMVS *Proem.* in *Amosūm*, *Amos propheta*, inquit, qui sequitur *Ioelem*, & est tertius duodecim prophetarum, non est ipse, quem patrem *Iesaiā prophetæ* legimus. Ille enim (**אָמֹן**) scribitur per primam & ultimam nominis sui litteram, **ALEPH** & **SADE**; & interpretatur **FORTIS** atque **ROBUSTVS**; hic vero (**אָמֹן**) per **AIN** & **SAMECH**; & interpretatur **POPVLVS AVVLSVS**. Mediae litteræ **MEM** & **VAV** utrique communes sunt. Apud nos autem, qui tantam vocalium litterarum, & litterarum, quæ apud Hebreos triplex est, (immo quadruplex, quintuplex)

plexue) differentiam non habemus, bæc & alia nomina videntur esse communia, quæ apud Hebraeos elementorum diuersitate & suis proprietatibus distinguuntur. Similem in modum confunduntur nomina propria in versionibus Græca LXX & Latina vulgata, quæ in Hebræo codice sunt distincta. Similia con-
virali & Latina vulgata, quæ in Hebræo codice sunt distincta.
Emplia. *Saba סָבָא, Hebr. סָבָא & שְׁבִי Gen. X, 7. 28.*
Sin סִינָה Ex. XVI, 1. at צְנַח Num. XIII, 22. Rabob רָבּוֹם, Hebr. רָבּוֹם Ios. II, 1. & רְהֵב Psal. LXXXVII, 4. Ammon, Hebr. אַמּוֹן Nah. III, 8. & צְנַח Gen. XIX, 38. Sion, Hebr. צִיּוֹן Psal. XLVIII, 3. & יְהוָיָה Deut. IV, 48. Quem ultimum locum DOMINICVS MACER ideo inter adparentes Scripturæ S. contradictiones, suo subiectas Hierolexico, referre opus habuit. Ut vel hinc discendum sit sacrarum litterarum studiosis, necessum esse, ad euitandum errores, ut cum versionibus, quantumuis bonis, authenticum textum diligenter componant.

§. VIII. Patriam suam non obscure prodidit Propheta, in titulo libri c. I, 1. de se scribens: *qui fuit inter pecuarios EX THEKOA.* Quamuis enim (quod ISAAC ABARBA- NEL in Prologo ad XII. Prophetas in contrarium obmouet) fe non vocet Thekoensem, patronymico nomine, vt v.g. Mich. I, 1. Nah. I, 1. tamen locutio illa ex Theko, quam adhibet, æquipollit patronymico Nomini; plane ut fuisse dicuntur Benaias ex Cabreela 2 Sam. XXIII, 10. Ittaius ex Gibea v. 29. Igealus ex Tzoba v. 36. & Ionas ex Gathbephera 2 Reg. XIV, 25. pro, Cabzeelensis, Gibeathensis, Tzobatenensis, Gathbephrensis. Ut adeo ABARBANEL, cum ex ratione modo adducta patriam & gentem Amosi dubiam facere co- natur, nodum in scirpo querere censendus sit. Est enim (vt hoc addamus) ista designatio Amosi, *qui fuit inter pecuarios ex Theko, plane gemina huic Ieremie, ex sacerdotibus,*

B

qui

¶ *Exodus Heucus
Hebr. יְהוָיָה Gen. 36, 2.
at צְנַח יְהוָיָה Deut. 2, 23.*

qui erant in *Anathoth*, Ier. I, 1. qua patriam vatis describi, nemo cum ratione dubitare potest. Vbinam vero, & in qua tribu Israelitica quærendum est Thekoense oppidum? Mirum est quidem, librum Iosuæ, vbi tribuum fortis describuntur, nihil de illo prodidisse; exstat tamen Ios. XV, 60. in versione Græca LXXviralí comma ἐπὶ θάλασσῃ, in quo *Thekoæ*, cum aliis vrbibus X, tribui Iudæ diserte adscribitur: quo de additamento Alexandrinorum interpretum adire iuabit ADR. RELANDVM in *Palæst.* I. III. sub *Bethlehem* pag. 643. Quidquid autem de hoc additamento sit, tamen dubitari nequit, *Thekoam* pertinuisse ad tribum Iudeæ. Etenim 1 Par. II, 24. Aschchur, Chetzronis ex Abia vxore filius posthumus, vocatur בֶּן הַקּוֹעַ pater, hoc est, progenitor *Thekoæ* seu *Thekoensum*; idque ea ratione, vt ibidem dicuntur pater *Bethzur* v. 45. pater *Madmena* v. 49. pater *Kiriathiearim* v. 50. pater *Bethlehemæ* & pater *Bethgaderæ* v. 51. quorum familiæ ista loca tenuerunt. Atqui Chetzron, pater *Thekoæ*, fuit Iudeæ ex Paretzo nepos 1 Par. II, 45. Hinc 2 Par. XI, 5. 6. *Thekoæ* inter illas Iudeæ connumeratur vrbes, quæ post rebellionem Ieroboami ac X. tribuum a Rehabeamo communite sunt: & Ier. VI, 1. compellatur cum aliis Iudaici regni locis, quibus tempore Ieremiæ a Babyloniis & Chaldaeis extitum imminebat. Concinit non solum FLAV. JOSEPHVS Antiquit. lib. VIII. c. X. isque αὐτόντης, verum etiam HIERONYMVS, qui Palæstine loca & ipse coram diligenter obiit, dum in Prologo ad Amosum, oppidum hoc scribit sex millibus ad meridianam plagam abesse a sancta Bethlehem, quæ mundi genuit Saluatorem: itemque in Comment. ad Ier. VI. Thecum quoque, inquit, viculum esse in monte situm, & duodecim millibus ab Hierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus. Confirmat hunc loci situm, ab Hieronymo indicatum, quod 2 Par. XI, 5. 6. *Thekoæ* coordinatur cum *Bethlehem*, Etiam,

*Etiam, aliisque urbibus, haud dubie in tribu Iudea & ad austrum Hierosolymæ sitis; & quod Iosaphatus rex Ammonitis, Moabitis, Idumæis, Syrisque, ab austro in Iudeam irrumperibus, castraque metatis apud Chatzazonthamar seu Engedi, ad finum austrinum lacus Asphaltitæ c. XX, 2. obuiam cum exercitu iuit, primo quidem קְרֵבָה in ere-
num Thekoæ v. 20. & hinc porro ad adjacensum Tzitz defer-
taque Ieruel v. 16. quæ loca proin cis lacum Asphaltitem, ad
littus eius occidentale, medio fere itinere inter Hierosolymam a borea, & Engedi ab austro, sita fuisse oportet.*

§. IX. Hæc cum ita se, ut diximus, habeant, cæcutiunt igitur Hebræorum magistri, qui Thekoam vel in tribu Aser, vel in Beniamine ponunt. Ex illis sunt DAV. KIMCHI, qui ad Amos I, 1. ait, *Thekoam fuisse urbem magnam in hereditate tribus Aser*; & ISAAC ABARBANEI, qui in Prologo ad XII. Prophetas in eadem tribu illam collocat, addens tamen, ex Scriptura liquido demonstrari non posse, in quanam tribu sita fuerit Thekoæ, adeo ut EPHODÆVS non in tribu Aser, sed in Beniaminitica illam fuisse contendere; itemque in Comment. ad Mich. I, 1. vbi Amosum tradit, fuisse תַּבִּכְנִי אֶשֶׁר ex filiis Aser. Adde his ABRAHAMVM ZACHVTH in libro Iacobini f. 12. a. & R. GEDALIAM in Schabscheberb Hokkabbala f. 18. b. Vnde intelligitur, cæco, quem cæcus dicit, similem futurum esse, si quis Iudaicorum doctorum placita temere ac fine præuio examine esset adoptaturus. Nec vero magis audiendi sunt auctores christiani, in diuersa abeuntis ab his, que c. VIII. adtulimus: vt sunt ille de Vitis prophetarum apud EPIPHANIUM Tomo II. Opp. p. 245. qui Thekoam posuit εν Ζεβδαῳ in regione Zabulonis; & Celeb. HERMANN. von der HARDT, in Programmate, quod inscripsit: Galilæi Elias, Elisa, Jonas, Amos, Hoseas, Nobum, ex historia & geographia veteri suæ patriæ restituti, Helmstad. 1700. ccxix. quod scri-

B 2

ptum

Perperam *Quod si dixerit
ab aliis in A- quispiam, ou-
seritide, Za- plieen fulle
bulonitide & Galilæa Thekoam, idu-
quæ sita, ienij man, affer-
Aser, Lican? Sed quemad-
modum merito reliqui
qui i) Act. 15, 14. Syme-
onem nescio quem Zelo,
Fam ex Petro faciunt;
et 2) Gal. 2, 11. Petrum
vnum ex LXX διάπολις
Christi ex Apostolo;
15. ita sine ullo
indicio diuersas statu-
re Thekoas vix ra-
tionabile est.*

ptum licet in præsenti ad manus non sit, tamen quo tendat, titulus statim prodit; quia nisi Thekoam in Galilæa, cuius partem faciunt Aseritis & Zabulonitis, potius quæsiuisset, quam in Iudea, Amosum Galilæis non adnumeraturus fuisset.

Desertum
habuit pa-
scuale, pa-
scendis gre-
gibus.

§. X. Discipientibus autem, quæ porro de Amosi vrbē patria Thekoā notanda forte fuerint, sequentia hæc occurrerunt momenta. Primo, contiguum ei fuit desertum, quod 2 Par. XX, 20. מִדְבָּר תְּקוֹעַ desertum Thekoā, & 1 Maccab. IX, 33. נֶגֶן עֲזֵזָה Oenō nominatur: pars haud dubie maioris illius deserti, quod vel eminenter in describendis finibus Iudeæ desertum, vel מִדְבָּר יְהוָה desertum Iudeæ audit, quodque ad occidentem lacus Asphaltitæ situm est Ios. XV, 61. Iud. I, 16. vtpote cuius partes, iudice RELANDO in Palestina p. 375. a vicinis locis alia aliaque acceperunt nomina, vt sunt desertum Maon 1 Sam. XIII, 2. desertum Ziphæ v. 14. desertum Engedi 1 Sam. XXIV, 2. & desertum Ieruel 2 Par. XX, 16. Iam vero deserta Palæstina pascualia sunt, & alendis gregibus apta; dicta מִדְבָּר loca ductuum, seu quo aguntur greges, Germanice Trifffen, a רְבָר egit, duxit, a quo oves dicuntur posci כִּדְבָּר secundum ductum suum ad pascualia loca Esa. V, 17. Observauit id laudatus RELANDVS l. c. p. 374. commode eam in rem citans verba Talmudicorum in Baua koma c. VII. Non alunt, inquietum, pecudes minores in terra Israelicita; (puta, culta, in qua segetes, vineta aut oliueta inueniuntur) alunt tamen eas in Syria וְבַדְבָּרָה שָׁבָרֶץ in desertis quæ sunt in terra Israelicita. Hinc clarius intelligitur, quid hoc sit, quum Propheta noster c. I, 1. fuisse dicitur inter pecuarios ex Thekoā. Confirmatur autem, quod diximus, testimonio HIERONYMI, qui in Prologo ad Amosum scribit: Ultra (hoc est, ad meridiem Thekoæ) nullus est viculus, ne agrestes quidem

dem casæ & furnorum similes, quas Afri vocant mapalia.
Tanta est eremi vastitas, quæ usque ad mare rubrum, Persarumque & Aethiopum atque Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus: ut sterilitatem terræ compensent pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum Amos prophetæ fuit. Deinde vero nomen indepta est vrbs Thekoæ a clangore, pūta, tubæ aut buccinæ: forte ex hac ratione, quod, cum in excelsiori loco esset sita, (viculum in monte situm dicitur) serte vocabat αὐτόπτης HIERONYMVS loco superius a nobis allegato §. VIII.) vicinorum tractuum incolas tempore belli, si hostis aduentaret, tempestive posset clangore tubæ ad monere, ut de receptu in tutiora loca dispercerent. Quo respectum est per elegantem paronomasiæ Ier. VI, 1. וְבָרְקוּ שָׁוֹרֵן Et in Thekoæ, quæ a clangendo est dicta, clangit Buccina. Quod igitur Thekoæ vrbs nomine suo ac ciuili sensu vicinis, id Thekoensis vates re ipsa & spiritualiter fuit Israelitis, nempe tubicen imminentium iudiciorum diuinorum: prout ipse c. III, 6. tali orationis figura vtens, Num, inquit, clangetur buccina in urbe, quin homines trepident?

3) Porro ex patria Prophetæ, in Iudaico regno recte constituta, verus intelligitur sensus verborum Bethelensis sacrificuli Amatziae, quando is Amos, apud Bethenses vaticinanti, dixit c. VIII, 12. 13. O Videntes oye, fuge tibi (apage te) in terram Iudæ, & ibi comedere panem, ibique vaticinare: Bethelæ vero ne pergas amplius vaticinari; quoniam sanctuarium regnum est, & domus regni. Quamuis enim ABARBANEL in Prologo ad XII. Proph. p. 223. b. inde voluerit elicere, Amosum eiusque patriam fuisse מִצְרַיִם ex terra X. tribuum regni Israelitici; quia si fuisset ex terra Iudæ, non opus habuisset Amatzias, dicere ei, fuge tibi in terram Iudæ; tamen multo est pronius, dicere voluisse his verbis Amatziam:

B 3

abiret

of. Job. Zidocum in Orm. 24. 1. 1. l. c. 1. N. 23. ut ostendit, veteris neg. initium neg. finem Indiae Nomen in, finem Indiae depta a rebus scientes, va clangore, rie locutus eam. pippe post Saracenos ill. ipsa Arabia patim India tenles collocandes, v.g. Procopium, Philadorgium, Viephorum. Homo Bethi optiam igam Indiae aliquan do nosciperant, et degyptum.

Verus Thekoæ situs il- lustrat lo- cum Amos VIII, 12. 13.

abiret Amosus in regnum Iudæ, vnde venisset, neque turbas amplius homo peregrinus daret intra fines regni Israëlici, maximeque in Bethelensi oppido; illic quidem tolerari atque nutriti infanos ac prophetastros, non heic. Plane ut Moabitarum rex Balakus, indignatus Bileamo, quod maledicere Israëlitis noluisset, eodem vtens Verbo, *Fuge tibi; inquit; in regionem tuam*, id est, apage, vnde venisti, Num. XXIV, 11.

*Cur mentio
patriæ urbis
in titulo
prophetæ
sit facta.*

Hæc denique verior nobis ratio esse videtur adiectæ titulo libri mentionis patriæ Amosi, nempe ut argumentum libri ex hac circumstantia illustraretur; quam illa ABARANELIS, ex doctorum Iudaicorum mente statuens, si omissa fuisset in titulo mentio patriæ, Amosum pro Hierosolymitano habendum fuisse, ex temere constituta Talmudicorum hypothesi, *כל נביא שלא נזכר שם עירו בירוע שהוא טורשלה*. *Omnis propheta, cuius urbs patria nominatim non memoratur, ex confessio Hierosolymitanus fuit.* Assumitur quidem a Rabbinis ista hypothesis, sed idoneis ac stringentibus argumentis nullis probatur. Nam testimonium Scripturæ Esa. II, 3. *E Tziona exhibit doctrina, et verbum Dei ex Hierosolyma*, quo quidem iuuari Talmudicorum regulam ABARANEL credidit, ad euangelium Christi, tempore N. Testamenti ex Hierosolyma in orbem terrarum exiturum, non vero ad patriam prophetarum V. Testamenti spectat.

§. XI. De familia Prophetæ nihil est admodum quod commemoretur, quam hoc generale, videri eum ex eadem fuisse tribu, in qua patria eius urbs Thekoia sita fuit, hoc est, ex tribu Iude; nominatim vero ex prosapia Aschchuri, qui posthumus filius Chetzronis ex Abia uxore fuit, idemque nepos Paretzi, prœneposque Iudæ, tribus sue conditoris: utpote quem Aschchurum Thekoensium progenitorem fuisset, iam supra ex 1 Par. II, 4. 5. 24. probauimus §. VIII. De patre vero aut aucto Amosi est altum silentium. Unde

Ratione fa-
miliae Amo-
sus fuit ex
tribu Iude,
ex prosapia
Aschchuri.

Cur patris

de ISAAC ABARBANE^L Prologo in XII. Proph. p. 223. a. quærit: cur ex duodecim his prophetis aliqui tantum a patribus descripti sint suis, vt Hoseas Beerii, Ieiel Petbuelis, Ionas Amizbæi, Tzepbanias Cufschii, ac Zæbarias Barachia^m filius; alii vero illorum non, vt sunt Amos, Obadias, Michæas, Nabum, Habacuc, Haggæus, & Malachias? Eamque questionem resolutum tum שׁׁבְּלָה חֲכַמִּים וְ מַרְדָּךְ הַסְּבָרָה ex Iudaicorum doctorum traditione, tum מַרְדָּךְ הַסְּבָרָה per modum coniecturæ. Quod

ad traditionem Rabbinorum, aiunt hi sic: Omnis propheta, qui a patribus ceterisque progenitoribus describirur, patres ac progenitores habuerit prophetas; qui vero a patribus suis non describuntur, ipsi quidem prophetæ fuerunt, sed non patres illorum. Hinc idem ABARBANE^L, Fieri, inquit, potuit, vt hoc ipsa de causa dixerit Amos: NON PROPHETÀ SVM EGO, NEQUE FILIVS PROPHETÆ c. VII, 14. ut indicaret, se neque a patribus suis prophetiam bæreditate consequutum esse, sicut alii prophetæ, quorum patres nominibus suis expressi sunt, neque ipsum se disposeruisse ad prophetiam, eiusque studio deditum fuisse; sed, suo cum vacuisset negotio, a Deo O. M. electum, vñctumque prophetam evassisse. Sed & heic su-

munt Rabbini temere, quod non probarunt, aut probare pos-

sunt. Vnde enim constat eis, Beerium Hoseæ, Pethuelum

Ioelis, Amitrahum Iona, Cuschium Tzephaniæ, Barachiam,

que Zæcharia^m patres prophetas fuisse? Quod vero ad pro-

babilem coniecturam, tribus de causis putat nomina patrum

in titulis vatum sive adiecta esse, sive omissa: a) primo, quod

patres, qui memorantur, fuerint celebres, strenui, pii, vera-

ces, quorum proin mentio filiis eorum prophetis sit hono-

rifica; & contra, quod prophetæ, quorum patres non re-

censentur, obscuros a parentibus natales habuerint; b) de-

inde, quod nomina patrum addita, forte perfectionem ali-

quam prophetarum inferant, eam scilicet, quam adpellatua

nam ultimum A. Etta merito pro Hizkia rege habet, nec refragante chro-

nologia et generationum serie, 1) Hizkia, Amaria, Gedalia, Cysthio,

Tzephania, 2) Hizkia, Manasse, Amone, losia, in primis cum

Manasses 55 annos regnauerit.

nomen non
stadieatum.

Holo, Rabbinus ^{per} a regulam
Suam fundauisse in exem-

ple Amos, qui cum in ti-

culo libri sui dicitur

fil, non facili filius pro-

phece. Sed paralogismus

is est, cum a singulari-

et particulari argumen-

tum derit ad universale

paternorum nominum significatio innuat; ita ut e.g. *Hoseas* vocetur *filius Beerii*, quod pater eius fuerit (*בֵּן בְּאֵר*) fons cognitionis ac sapientiae, & scaturigo aquarum viuentium in Lega; *Ioel*, *filius Pethuelis*, quod eius (*פֶתַח*) frustum ac cibus fuerit in prophetia (*נָבָע*) Dei, cetera: c) tertio, quod, cum contingere potuerit, ut eodem tempore duo plures essent sive *Hoseas*, sive *Ioel*, sive *Iona*, sive *Tzephania*, sive *Zacharia*, opus fuerit, prophetas hos ab homonymis personis distinguere, adiecto patronymico nomine a patribus; quod contra in reliquis prophetis, in quorum nominibus nullum ex homonymiae periculum confusione, necessarium non fuerit. Placent nobis ex his rationibus prima & tertia: medium non nisi in Iudaicarum argutiarum censu habemus.

Olivacerit quis i) quod ipsi explicauerimus propria tum *Amos* tum *Thekoā*, illud §. IV. — VI. hoc vero §. X. p. 13. *Yerem*, *Apolloni Hebr.* VIII. 2. gum Tom. II. Opp. p. 30. ex aliorum sententia refert, The coitidem illam, quae Dauidi reductionem Absalom persuasit 2 Sam. XIV. 2. sqq. autiam fuisse Amosi, non alio quam lubri co fundamento, hoc est, sola loci communione niti videtur.

§. XII. Porro si *vita genus*, quod Amosus ante diuinis te de noi *בְּנֵי פְּכָעָרִים*, c. I. 1. *Isaiah*, p. 251. *Hebreus* 13. Sed etiam *בְּנֵי פְּכָעָרִים*.
Sed resp. ad i) *dispar* *pecu*
Nam Etymologia Amosi extulerunt *ev. Nannaei*; & quod inde librarii, eliso posteriori N. fecerunt *ev. Annagei*; plane ut Iud. XVI. 4. *ev. Annagei*

*Duine populi Israelitici ea imponendi filiis nomina, que fidem et placitam parentum te parentes, filiis vero ipsi incitamentum virtutis effent, coll. S. VI. sub fin. Etymologin vero *Thekoā* nuditur paronomasia illa prophetica, §. X. p. 13. adducta. Ad 2. *Suv**

וְאֵתֶךָ, pro ἐν Ναοֹתֶךָ, Ezr. VIII, 17. τὸν Ἀθίεμη, pro τῷ Να-
Θιεῖον fecere. Chaldaeus paraphrastra IONATHAN comma il-
lud reddidit דָּרוֹהַה מִרְיָה גַּתְן, quod perperam interpres Latinus in Bibliis Polyglottis Anglicanis vertit, qui erat pastor pe-
corum, cum exponere id debuisset, dominus pecoris seu gre-
gum. Nempe Nomen illud Hebraicum נָסָר eodem hic
summis significatu, quo id occurrit 2 Reg. III, 4. Et Mescha Isque non
Moabitarum rex erat נָסָר, non sane pastor, multoque minus dominus
pastor mercenarius, sed, ut ibi quoque vertit IONATHAN, gregum, qui
מִרְיָה גַּתְן, indeque interpres eius Latinus, dominus pecorum;
sive, ut Vulgatus reddidit, nutriebat pecora multa. Quod
vero magis mireris, D. KIMCHIO in Comment. ad Am. I, 1.
locutio illa, qui fuit inter pecuarios, videtur esse superlativa:
Textus, inquit, non dicit נָסָר PECVARIVS, sed בְּנָקָר INTER PECVARIOS, ut innueret בְּנָקָר שְׁבָקָר magnum, seu primarium inter pecuarios diuitesque pecoris.
Forte interpres isti, ut sic sentirent, industi sunt praeiudicio Iudaico, quod Talmudici doctores prodiderunt in Tr. Nedaram f. 38. a. & in Tr. Schabbath f. 22. a. vbi aiunt, donum
prophetia non habitare nisi super sapiente, forti & diuite; &
quod in altero locorum allegatorum adiiciunt, super procero.
Quasi vero Deus in prophetia dono conferendo se istiusmodi
ad strinxisset legibus, ut consequendo illi habiles non essent,
nisi qui predictis fulgerent qualitatibus: cum tamen ut sa-
pientia, sic prophetia cum paupertate combinari haud renu-
at, coll. Cohel. IX, 15. 16. Hebr. XI, 37. Deusque non forti-
tudine equi, neque tibiis viri delebetur, delebetur vero ti-
mentibus ipsum, & gratiam eius sperantibus, Psal. CXLVII,
10. 11. & nota sit item vox Dei loquentis Samueli, cum hic ex
Isai filiis primogenitum ob eximiam staturam regno Israeli-
tico designasset, Noli respicere ad formam eius, & ad altitudi-
nem statura, - quoniam non quod homo, idem Deus respicit:

C

KATH

nam homo respicit hominem secundum oculos, Dominus vero respicit eum secundum cor 1 Sam. XVI, 7. nec non quod Paulus scribit 1 Cor. I, 26. 27. 28. Non multi sunt sapientes secundum carnem, quos Deus inter vos vocauit, non multi potentes, non multi nobiles: sed stulta mundi elegit Deus, ut sapientes pudefaceret; & infirma mundi elegit Deus, ut pudefaceret valida; & ignobilia mundi contentaque elegit Deus, & ea quae non sunt, ut quae sunt, aboleret: ut ne glorieretur illa caro carnem illo. Defendant igitur dictum illud Talmudicum, excusentque Abarbanel in Comim. ad Amos. I, 1. & si qui sunt alii, qui Iudaicorum magistrorum placita superstitione venerantur, vtcunque possint: nobis id ad palatum non est, minimeque in causa Amosi. Potius persuasum habemus, vti non modo pastorem, eumque mercenarium, sed etiam dominum gregis notat Gen. IV, 2. c. XLVII, 3. sic vicissim בוקר רועה non modo dominum gregis, verum etiam mercenarium pastorem significare posse, & in Amosi decriptione significare. Placetque iudicium Ven. 10. GOTTE CARPOVII Introduct. ad libros Bibl. P. III. p. 318. Potius dixerim, Deum, qui humilia eligit, & quae vilia sunt in mundo atque contenta, nobilibus præfert 1 Cor. I, 26. sqq. Amosi quoque exemplo testatum facere voluisse, non generis splendore aut dignitate, non litterarum peritia, non humano consilio vel industria comparari, sed diuino munere ac gratia propter donum pariter ac officium obtingere, quo tam rudes ac simplices instruere, quam nobiles ac doctos, pro lubitu suo Spiritus S. soleat.

Tenuem eius statum ante munus propheticum euincunt duo, quæ c. VII, §. XIII. Nam quod sententiam nostram confirmat, ipse Amosus Amaziae Betheleni sacrificulo, *Non propheta, בוקרAnc'י וברולס inquit, eram, neque filius propheta, sed קטמיש pecarius, seu pastor, eram, & perquirens sycamina c. VII, 14. vtpote quibus verbis procul dubio vilitatem conditionis suæ ac status, ante acceptam a Deo vocationem ad munus*

munus propheticum, describere voluit, addens v. 15. *sed 14. ipse de sumis me Dominus a (post) oves, sive ut Chaldeus IONATHAN se dicit, præverit, ex caulo, a ducentis ouibus.* Videmus ergo, quod c. I. i. erat בְּנֵקְרִי, id heic dici בָּקָר pecuarium, seu pastorem; adiungi autem huic epitheto aliud, idque non minus tenuem Amosi conditionem notans, per quirentis sycamina: vt adeo tum synonymum, tum synynomio coordinatum attributum, dubitare nos, qualis בָּקָר seu pecuarius Amosus fuerit, neutquam finant. Id tantum requiria nobis videtur, vt, quid c. VII. 14. tum per בָּקָר, tum per בָּוֹלֶס שְׁקַמִּי intelligendum sit, declareremus. Quod igitur adinet ad prius vocabulum בָּוֹקָר, Vulgatus quidem interpres id redditid armentarius, Lutherus ein Rühhirt, eodemque modo Cocceius in Lex. Hebr. bubulus: sed ista significatio vocis, vtut deriuari possit per analogiam a בָּקָר armentum, bucerum pecus, vtib⁹ vinitor a קָרְמָה vinea, יְגָב agricola ab נָבָג ager, tamen neque alibi vñquam vsu venit in sacris litteris, neque sequenti v. 15. est accommoda, vbi Amosus se opilionem seu ouium pastorem fuisse dicit; quæ pastoritæ vita genera admodum diuersa sunt. 3) Paulo propius quidem LXX αἴρω^ς caprarius, indeque Arabs pastor caprorum; iusto tamen adstrictius: quia pecus illud, ab Amoso pastum, quod v. 15. nomine עֲזֵזָה venit, Hebreis non caprinum solum, sed etiam ouillum, immo ouillum quam maxime notat. 3) Accedamusne igitur sententiae IAC. GVSSETII, qui in Comment. L.H. p. 145. illud בָּוֹקָר, generaliore significatu quarendi acceptum, cum sequenti בָּוֹלֶס שְׁקַמִּי arête coniungens, comma sic reddidit: *Eram quarens & perquirens sicus?* Probauit quidem olim hanc expositionem PRÆSES in Adnotatz. ad Editionem Halensem Hebrei Codicis l. c. sed quia secundum eam principes & præcipuum vitae genus Amosi, quo in frontispicio libri בָּנְקָר inter pecuarios fuisse dicebatur, in præsenti

Prius est
בָּקָר, quod
non armen-
tarium, ne-
que caprari-
um, neque
quarensem,
sed opilio-
rem notat.

לְכִי בָּקָר אַנְכִי, ob ac-
centum ex ultima syllaba ad penultimam retrahitum, pausam
faciunt, vi cuius ab sequentibus שְׁמֵי־, וּבָוָלָס, & perqui-
rens *sycamina* seu *ficus*, ratione constructionis grammaticae
diuelluntur: igitur, nuncio misso isti Gussetiano interpreta-
mento, vocabulum בָּקָר, de quo queritur, pecuarium ver-
timus, calculum adiuentes SYRO interpreti, qui postorem id
exposuit. Quomodo plane synonyma erunt בָּקָר & בָּקָר,
suauiterque ambo loca Amos. I, 1. & c. VII, 14. conspirabunt.
Neq; destituet nos sic sentientes etymologia Hebraica, ipso
nos praecunte Deo, dum Ezech. XXXIV, 11. 12. ait: וּבְקָרִים כְּבָרְקָת רֹוח שְׂדוּ בַּיּוֹת הַיּוֹת בְּחֶךְ צָאנוּ נְפָרָשׁוּ
Et inspiciam eas, (oues meas); sicut
nempe *inspicit pastor gregem suum die*, quo est in medio ouium
suarum dispersarum, sic *inspiciam oues meas*. Videntur enim
heic, בָּקָר *inspicere*, a quo בָּקָר deribatur, notare curam &
inspectionem pastorealem, circa gregem, maximeque circa gre-
gem ouillum; indeque Nomen בָּקָר, de quo iam quærimus,
notare commodissime posse *pastorem*, maximeque *opilionem*,
qualem se Amosus olim fuisse testatur: plane ut Petrus 1 Epist. II, 25. (qui locus cum Ezechielico iam allegato prorsus
conuenit) fidelibus scribit: Eratis sicut oues errantes; sed
conuersi nunc estis εν τῷ ποικίλῳ ἡ ἐπιστολον τῶν ψυχῶν ὑ-
πὸν, ad PASTOREM & INSPECTOREM animarum ve-
stiarum. Ut proinde dubium non sit, בָּקָר de Amoso di-
ctum significare ποικίλα ἡ ἐπιστολον προβάτων, pastorem &

*Qualis Virgilio gregis eu-
bos, Sæcilio Alterum,*

*pecoris eufos, Perquirens
sycamina, rursum Virg. quod tenu-
lio et @lumella em notat
victum.*

pecoris magister capellah.

§. XIV. Quid autem sit, cum Amosus c. VII, 14. insu-
per se vocat שְׁמֵי perquirentem *sycamina*, diligen-
tissime exposuit Sam. Bochartus in Hieroz. Parte I. lib. II.
c. XXXIX. Nempe שְׁמֵי *sycamina* sunt genus agrestis fi-
cuum, quale cum primis frequens nascitur בְּשָׂמֶן in declivi
Iudeæ

Iudææ parte i Par. XXVII, 28. de qua RELANDVS in *Palæstina lib. I. c. LV.* agit. בָּلֶשׁ vero perquirens, est vel denominatum a Nomine בָּלֶשׁ, quod Aethiopibus Arabibusque foret siccans (sit venia Verbo) vel *sycaminans sycamina*; ut Græcis συκάριον siccare dicitur pro σύκα τερόγενην ficus edere, vel σῦκα εὐλέγειν ficus colligere, quin & ἀποθλήσαι τὰ σῦκα, ή ὡμᾶς, η πέπεια, ficus premere, ut scias, an matura sint, nec ne: vel a cognato Verbo Chaldaico בָּלֶשׁ, quod in Targumim respondet Hebræo שְׁבָרֵךְ scrutari, Genes. XXXI, 35. i Reg. XX, 6. Thren. III, 40. Cum vero fructus *sycaminorum* DIOSCORIDUS audiat ἄρρενος parum nutrimenti habens, & κακοσύμαχος stomacho ingratus & difficilis; hinc, iudice BOCHARTO l.c. non videtur esse magnæ rei. Et cum ognoscit Amos, (sic pergit laudatus auctor) se neque prophetam fuisse, neque prophetæ filium, sed bubulcum, (opinionem dicere debuerat) *sycomoros* vellicantem, idem est, ac si dicat, se infirma sortis homuncinem, & in re tenui natum, ita ut miseram vitam parco & frugali viatu agre sustinuerit, ne cogitasse quidem de prophetico munere inter Israëlitas obvendo, donec ad id suscipiendum vis maior illum impulerit, hoc est, diuina inspiratio. Omnino scopum loquentis, vt decet, consideres, verba non glorianteris sunt, sed potius se ipsum statumque suum, vti ante vocationem diuinam erant, extenuantis: a quo scopo loquentis heic quoque nimium quantum recessit Chaldaeus interpres, quem Iudaicō errore, quem §. XIV. confutauimus, obnubilatus, commaillad Amos. VII, 14. ita explicauit, vt Prophetam, velut diuitias commoditatesque suas, quas habere posset ac habuisset, ostentantem, introducat: *Quoniam Dominus gregum ego sum, suntque mibi in campstro regione sycomini; verum propter peccata populi Israelitici adfigo animam meam*, priuando me istis commoditatibus, cetera.

C 3

§. XV.

Ad statum
Amosi ante
vocationem
diuinam
pertinet,
quod non
propheta
fuerit, neque
filius prophe-
ta.

Repugnare quidem Raud,
quicquam videntur, docio
ren non esse, et triudo,
cere, Te hoc inde, quin
mung occendi opinari
certis personis docti.
etiam : ut prophetic
murus
nequidquam certis per-
sonis adstrictum, Te a
liberrima voluntate, ar-
bitrio ac impulsu dei
suspensum est ; ita si
non nisi extorcionari
fil.

§. XV. Pertinet porro ad statum Amosi antecedendem, quod c. VII, 14. Amatziæ dixit: **לֹא נָבֵא אַנְכִי וְלֹא בָּן** **גֶּבֶר אַנְכִי**. Quæ verba si in Præsenti conuertere velles, ad exemplum interpres Vulgati Latini ac Ieronathis, *Non SVM propheta, neque filius prophetae, vt & B. Lutheri, Ich bin kein Prophet, noch keines Propheten Sohn; habitura aliquid essent, saltem in priore commatis parte, quod contradicteret eiusdem Amosi orationi mox sequenti v. 15. Dixit ad me Dominus: Abi, VATICINARE ad populum meum Israelem.* Nam prophetare seu vaticinari, & tamen prophetam non esse, talia sunt, vt eodem tempore, de eodem Subiecto, eodemque sensu, vna prædicari nequeant. Placent igitur metaphrasæ reliqui, LXX, Syrus, Arabs, qui in Præterito id extulerunt: *Non ERAVIM ego propheta, neque filius prophetae.* Ut quemadmodum pecuarium fuisse, & collegisse sybare, sic & hæc ad priorem conditionem statumque Amosi referenda sint. Emphasim autem habet, quod se non solum prophetam, sed & filium prophetæ antehac fuisse negat. Poterat contingere, vt quis propheta esset, nec tamen filius prophetæ; aut filius quidem prophetæ, nec tamen ipse propheta: poterat & contingere, vt vtrumque de aliis adfirmari, de aliis contra (in quorum numero olim Amosus fuerat) negari posset. Est locutio talis, qualis illa Talmudicorum in Aboda zara f. 50. b. *Ego non sum orifex, neque filius orificis.* Cuiusmodi locutionum plura exempla attulit & illustravit PRÆSES in nupera tractatione de Christo Filio hominis §. XI. Nemperminus est filium esse prophetæ, quam prophetam; indeque plus dicit, qui filium prophetæ, quam qui prophetam se negat esse: & hoc siue filium prophetæ proprio significatu capias, pro eo, qui prophetam patrem habuit, siue metaphorico, pro eo, qui prophetam doctorem habuit, & in propheticis scholis est institutus; vt omnino prophetam.

p̄betarum filii, illorum vocantur auditores atque discipuli
 2 Reg. II, 3. 5. 7. 15. & c. IV, 38. Proinde sēnsum commatis
 nostri IO. LIGHTFOOTVS in Chron. V.T. seu To.I. Opp. p. 95.
 non incommodè expressissime videtur: *Amos neque propheta,
 neque propheta filius, educatione, id est, neque magister, neque
 discipulus in scholis prophetarum, sed bubulus, (potius opilio)
 ex Thebaea, educationis rūdis.* Tamen (quod idem LIGHT-
 FOOTVS ibi addit) sicut Galilæi p̄scatores, illustris euadit di-
 scipulus in schola Domini, & illustris doctor in congregazione
 Israëlis. Dignus proin, qui comparetur, vt modo cum pi-
 scatoribus discipulis Domini, ita cum diuino viro Aguro,
 Prou. XXX, 2. 3. de se ita scribente: *Stupidior sum (nempe
 extra diuinam illam, quam habeo, reuelationem, & quatenus
 mihinet ipse relictus sum) quam quisquam, nec est mihi pru-
 dentia hominum: neque didici sapientiam;* & tamen nouisci-
 enciam sanctorum, sublimiorem ac cœlestem philosophiam.
 Nec est, vt a naturali bonitate patrii soli hoc, quidquid est
 sapientiae in Amosi vaticinio, repetamus, existimantes, inge-
 nitam ei dispositionem fuisse ad diuina mysteria percipienda:
 quod miramur CORNELIO A LAPIDE in Procem. p. 253. ex
 Rabbinis hauustum, placere potuisse. Quamuis enim loabus,
 reconciiliatus Davidi Absalomum, missa Thebaam nuncio,
 sapientem feminam, quæ Davidi scire rem persuaderet, inde
 accessuisse legatur 2 Sam. XIV, 2. seqq. ibique DAV. KIM CHI
 scribat: *Dixerunt magistri nostri beatæ memoria: cur misit
 Thebaam?* Respondit R. Ionathan incolas eius urbis, utpote
 oleo adjector, sapientiae laude floruisse. Abundavit enim urbs
 illa oleis: unde iidem doct: res nostri Thebaam adpellerunt
 ALPHA OLEI. Dicere voluerunt, urbem in Iraelitica ré-
 gione ab oleo maxime celebratam fuisse Thebaam. Proptereō
 nominarunt eam Alpha olei, quemadmodum Alpha litterarum
 prima est. Sita autem fuit in tribu Aser, de qua scriptum est

Deut.

*Deut. XXXIII, 24. INTINGENS IN OLEVM PEDEM
SVVM; tamen, vt concedamus, oleosam fuisse Thekoam, quod
Talmudici in Mischna tr. Menachoth VIII. 3. diserte afferunt,
falsum est contra Thekoam Aseriticam fuisse urbem, vt su-
pra ostendimus §. VIII. & IX. indeque & falsa est loci Mosei-
ciad rem præsentem applicatio; lubrica quoque argumen-
tatio ab olei fertilitate & copia ad sapientiam incolarum;
Thekoitis illa ab Ioabo accersita non est existimatione soli
patrii, sed ob sapientiam Ioabo ex aliis documentis iam no-
tam; omniumque minime Amosius, vt pecuarius homo, ex-
tra aptitudinem a Deo sine medio impetratam, de laude ista
velut ingenitae sapientiae participauit.*

*Post voca-
tionem di-
vinam pro-
pheta intre-
pidus.*

§. XVI. Alia longe ratio Amosi post diuinam eius vo-
cationem fuit, ea scilicet, quam ipse exponit c. VII, 15. *Ar-
sum sit me Dominus a (post) oves, h.e. sequentem agentem
que greges, ac dixit ad me Dominus: Abi, vaticinare aduersus
populum meum Israelem.* Dominus nempe, vti expiscatoribus
apostolos pescatores hominum, ita ex ouium pastore Amoso
prophetam, qui Israelitas eloquis diuinis paſceret, effecit:
euentu æque notabili, ac illo, quo Dauidem ducentem oves,
de caula sumtum, populo Israelitico regem præfecit 2 Sam.
VII, 8. Psal. LXXVIII, 70. 71. & quo Eliseum, aratrum ad-
huc ducentem, prophetico muneri initiauit 1 Reg. XIX, 19.
sqq. *Qua sparta diuinitus in se collata fideliter intrepideque*
*Amosius perfundet est, ita vt Amatzæ Bethelensi sacrificu-
lo, propheti ipsius intercedenti, ipsumque ad Iudaici regni
fines ableganti, nequidem ad horam cesserit Amos. VII, 12-
17. ratus, quod res erat, Deo magis obediendum esse quam
hominibus Act. V, 29. Animauit, vt alios prophetas, ita se
ipsum graui illa ac momentosa ratione: *Leo rugit, quis non
timet?* *Dominus Deus loquutus est, quis non vaticinaretur?*
Amos. III, 8.*

§. XVII.

§. XVII. Fata habuit, qualia fidelis & diuino feruens Fata Amosi zelo propheta spondere sibi & exspectare debuit; qualia de incerta, bal prophetis aliquique piis hominibus V.T. in compendio refert buties op Apostolus Hebr. XI, 36 - 38. Distinguermus autem ea, prout probrata, & vel *incerta* fuerint, vel *certa*. Ad *incerta*, & quæ humana tantum, nec satis liquida, auctoritate nituntur, remittimus, quod homines coœui eum, ob vitium oris naturale, per modum conuicci *Balbum* adpellauisse traduntur: plane ut Paulus, Athenis agens, ab Epicureis Stoicisque philosophis probrosum nomen τὸ σωεργούόν, *Circulatoris* seu (ut Vulgatus reddidit) *Seminiuerbii*, passus est Act. XVII, 18. Ita habetur in *Vaiikrabba*, sectione X, cuius initium est οὐ πραcipe, nec non in *Medrasch* super Esa. VI, 7. indeque apud D A V. K I M C H I in *Comm.* tum ad Esa. VI, 7. tum ad Amos. I, 1. his verbis: *Mīs* (sic Deum de Israelitis loquentem faciunt) *Amosum*; sed vocarunt eum פָּסְלִוָּס-balbūm. (Ethoc corruptum ex Graeco vocabulum, Ψελλός.) *Dixerunt*: *Debuitne Deus numinis sui præsentiam non, nisi super hunc balbum, demittere?* *Dixit* R. Pinecas: *Quare vocatum est nomen eius AMOS? quia fuit* (סַיִוָּשׁ) *gravis, seu oneratus, lingua sua.* Nititur hæc de *balbutie* Amosi, eiusque probro, traditio Iudaica, falso nominis interpretamento, quod supra §. IV. remouimus. Subscribunt tamen ei etiam R. ABRAHAM ZACHVTH in *Iuchasin* f. 12. a R. GEDALIAS in *Sebalscheles bakkabala* f. 18. b. & IS. ABARBANEL *Præfat.* in *Ezech.* f. 153. d. Pertinet huc item, quod EPIPHANIUS *de vīs Prophetarum*, To. II. Opp. p. 245. de martyrio Amosi tradit: *Amatzias, inquit, Berbelis sacerdos, fūsuario eum sāpius adficiens, (συχνῶς ἀντὸν τυπάντας, quod confer cum ἐπυπνιῶδησαν Hebr. XI, 35.) clam ac per insidias ei conuictiatus est.* *Ac tandem Amatziae filius, inficta in tempora clava, ipsum interfecit, quod illum de ambo rum aureorum vitulorum fraude reprehendisset.* *Amos vero*

D

spirans

spirans adhuc in patriam delatus, ibidemque mortuus, atque in maiorum suorum sepulcro conditus est. Quæ totidem fere verbis in Martyrologio Romano pridie Calend. Aprilis repetuntur; nec non apud SIXTVM SENENSEM in Biblioth. S. lib. I. p. 42, qui tamen (incertum, num data opera, an vicio & confusione scribentis) clavo circa tempora transfixum occubuisse fert, cum clauam potius dicere debuisset. Eadem quæ Epiphanius, de Amosi fatis perhibet auctor Chronicæ Alexandrini, quod Fastorum Siculorum nomine vulgo venire solet, in Bibliorbea maxima Parvum To. XII. Edit. Lugd. p. 909.

Quæ vero ita sunt comparata, ut merito dicendum sit nobis, Fides esto penes auctores. Nec certiores nos admodum reddit consensus Iudaici scriptoris, R. GEDALIAH in Schalschelb hakkabbala f. 96. b. scribentis: Vzzias res Iudea interfecit Amosum, שׁׁבֵּן מִצְרָיִם בֶּן הַמֶּלֶךְ עַל posito inter frontem eius ferro: quia consensus presumptus simul disensus laborat; dum facinus, quod Epiphanius filio Amatziae, id Iudeus Vzziae tribuit; istum, quem ille temporibus, hic fronti incussum dicit; instrumentum lethiferum ille clavam, hic ferrum fuisse perhibet: quin & in loco cædis non convenient, ille Bethelam, ubi vituli aurei fuerunt, hic Iudeam, cui Vzzias rex præfuit, supponens. Quæ ita consonant, ut testimonia duorum illorum Seniorum aduersus Susannam, quorum unus sub tilia, alter sub querco eam in adulterio se deprehensam aiebat.

Certa est contra delatio eius, facta per Amatziam, & tentata prohibito prophetæ.

§. XVIII. Ea demum certa sunt, quæ Amosus ipse ab Amatzi Bethelensi sacerdote secum gesta narrat c. VII. 10-17. Offenderat sacrificulum, probabiliter ordinis sui primarium, vaticinium Amosi antegressum aduersus Israeliticum regnum v. 1-9. in quo nominatim tum presumtis sanctuariorum X. tribuum, Bethelensi, Danitico, aliisque, tum familiæ Iero-boami eo tempore regnantis, nomine Dei dira ominatus erat

v. 9.

v. 9. illis quidem, *Vastabuntur excelsa Isaaci, & sanctuaria Israe lis desolabuntur*; huic vero, *Insurgam aduersus domum Ieroboami gladio*. Indignatus igitur Amatzias, mittit nuncios ad Ieroboamum, qui dicant ei: *Conspirauit aduersum te Amos in medio domus Israe lis, non potest sustinere terra verba illius* cet. v. 10. stratagemate pseudo-theologico usus, utpote id agens, ut criminis politici reum faceret Amosum, quasi turbatorem reipublicæ ac rebellem. Existimauit, hoc modo se mala quælibet, & cædem ipsam, Amos concitatrum esse: sed Deo, in cuius manu sunt corda regum, aliter disponente, vana irritaque tunc apud Ieroboamum fuerunt incen toris molimina. Existimauit rex forte, tantum ab Amoso non imminere periculi suo regno, quantum sacrificulus fin geret: indeque nihil seueri aduersus prophetam statuit. Certe Talmudicis doctoribus hoc nomine Ieroboamus laudatur, *quod linguam maledicam non admiserit, prout dicitur: Misit Amatzias sacerdos Berbelensis cet.* *Dixit Ieroboamus: Absit! non dixit ita iustus ille;* & si vel maxime dixisset, quid faciam ei? Schechina enim (seu numen Dei) hoc mandauit ei. Prout ex Tr. *Pesachim* refert D. KIMCHIVS in Procem. ad Hoseam. Hac igitur cum non successisset Amatziae consilium, alia rem adgressus via, ipse sibi arrogat ius & auctoritatem (quanquam irrito effectu) amandandi Amosum ex Israelicito regno in Iudeam, ac interdicendi ei ulteriores aetas prophetiae in Betheleni oppido, seu regio sanctuario ac sede, cui cum prophetiis ipsius nequidquam conueniat,

v. 12-17.

§. XIX. Tempus, quo vaticinatus est Amos, in titulo Tempus vaticinationis libri exprimitur, idque primo generalius, deinde specialius. Generalius designatur per synchronismum utriusque regni, tum Iudaici, quando dicitur, *in diebus, seu tempore Vzzie regis Iudee;* tum regni Israeliciti, seu decem tribuum, qua-

D 2

do

generatim
sub Vzzia &
Ieroboamo.

do subiicitur, & in diebus, seu tempore *Ieroboami filii Ioaſi, regis Iſraelis*: specialius vero, id describitur per adiecta verba, *Biennio ante terrae motum*, c. I, 1. Et per Iudaici quidem regni synchronismum descripta est ætas prophetiae Amosii, quia non solum Thekoensis, ac adeo a primis natalibus suis ciuiis huius regni fuerat; sed etiam genuinam sacrorum sedem ibi demum, non vero intra Israelitici regni ambitum, siue in Bethelenfi, siue in Danitico oppido, siue alibi locorum agnouit: indeque vaticinium suum notabilis hic auspicatus est formula, *Dominus e TZIONE rugier, & ex HIEROSOLVMA edet vocem suam*; innuens hoc ipso, ibi esse verum Dei templum cultumque, neutquam vero in Israelitico regno, vbi colebantur vituli aurei. Adiecit tamen Prophetæ synchronismum Israelitici quoque regni, quia illic vaticinatus est in Bethelenfi oppido, & regnum illud pro vaticiniis sui primario Obiecto habuit. Hinc iure merito haec temporis designatio nequaquam superuacua est habenda: quia veram illa dat intelligentiam verbis vaticinii, atque illis Amosum inter & Amaziam, quæ modo in §. XVIII. expostimus. Et *Vzzias* quidem, qui & *Azarias* est dictus, is est, cuius res gestas descripserunt Historici sacri 2 Reg. XIV, 21. c. XV, 1--7. & 2 Par. XXVI. toto. *Ieroboamus* vero, non prior ille Nebati filius, qui Israeliticum regnum, ab Iudaico auulsum, condidit, sed secundus, isque *filius Ioaſi*, ex familia Iehui, cuius pronepos fuit, est is, quem Deus decem tribubus salvatorem dederat, quique terminos regni Israelitici, sub Ioachazo & Ioaſo nimium quantum accisos, restituit: cuius historiam legimus 2 Reg. XIV, 23--29. Cum autem Vzzias anno vigesimo septimo Ieroboami II. regnare occpererit 2 Reg. XV, 1. Ieroboamus vero in vniuersum annos quadraginta & vnum regnauerit c. XIV, 23. igitur, si demas priores XXVII annos regni Ieroboami, remanebunt ei ad minimum XIV anni,

ni, quibus quum Vzzias Iudaico, ipse Israelitico regno præfuit. Nouimus quidem, nodis suis horum regum chronologiam esse implicitam; cum vero explicare illos atque resoluere præsens nostrum institutum non permittat, annos heic computare voluimus simpliciter, ut locis allegatis sunt definiti. Et inter hos XIV annos, quibus vna Vzzias & Ieroboamus regnauerunt, constringenda esse videtur Amosi prophetia: de qua tamen, indice Ven. CARPOVIO *Introduct. ad libros Bibl. P. III. p. 326.* ne sic quidem satis constat, in quem præcise annum sit coniicienda.

§. XX. Spes quidem erat specialius definiendi anni a spicalis Amosi, ex eo, quod subiicitur, *biennio ante terræ motum;* dum modo constaret, quo præcise anno is terræ motus exsisterit: verum de illo tacent historici sacri, Regum & Paralipomenorum scriptores; neque eius alibi vlla mentione, præterquam Zach. XIV, 5. his verbis: *Et fugietis per vallem montium meorum, cet. fugietis, inquam, quemadmodum fugistis propter terræ motum tempore Vzziae regis Iudea.* Ex quo loco haec duo discimus: primo fuisse illum terræ motum horribilem; deinde, memoriam eius inde ab Vzziae temporibus, vsque post redditum ex captiuitate Babylonica, ac adeo vsque ad ætatem Zachariae prophetæ, integrum ac veluti recentem, siue ex orali traditione, siue ex monumentis civilibus historicis, manuisse. Sed nihil heic de anno illius terræ motus. Sunt tamen, qui hunc terræ motum eodem temporis articulo accidisse putant, quo Vzziae templum Dei ingressus, sacerdotium sibi ambitione arrogauit, eaque propter lepra percussus est 2Reg. XV, 5. 2Par. XXVI. In horum numero antiquissimus est JOSEPHVS Antiq. l. IX. c. X. & post eum Hebrai illi, de quibus HIERONYMVS Comm. in Amos. I, 1. *Hic est, inquit, Ozias, - qui indebitum sibi sacerdotium vindicare conatus, lepra percussus in fronte est, quando iram*

Speciatim
biennio an-
te terræ mo-
tum.

Domini non solum pena eius, qui sacrilegus fuit, sed & terræ motus ostendit, quem Hebrai tunc accidisse commemorant. His accedunt interpres Hebrai, SAL. ISAACIDES, A. EZRA, DAV. KIMCHIVS, aliisque in Commentariis suis ad Amos. I, i. Et res foret in vado, si quidem certo constaret, hunc ipsum terræ motum esse, quem & Esaias c. VI, 4. his verbis prædixerit: *Commoti sunt postes Templi.* Sic enim iste terræ motus anno dum Vzziae mortuus est rex Vzzias, vidi Dominum, cet. Sane chaldaeus paraphrastes IONATHAN comma illud Esa. VI, i. ad hanc hypothesin explicauit: *Anno, quo (lepra) percussus est rex Vzzias, dixit Esaias: Vidi gloriam Domini.* Sed miscent Hebrei doctores, confunduntque, qua diuersa esse nobis videntur, vt in se, sic temporum rationibus; nempe ingressum Vzziae in Templum, terræ motum, & visionem ecstasicam Esaiae, qua Templi postes ob Seraphinorum clamorem contremiscere conspicatus est: quæ tria quis nobis spondebit eodem pertinere, cum ipse A. EZRA in Comm. ad Amos. I, i. fateatur, *hypothesin banc probari non posse ex Scriptura, sed ex Traditione;* traditio vero Iudæorum, quam non omnino spernenda, tamen non satis tutu sit, & à ζιονισταῖς. Vnde τὸ ἐπέχειν in re, quæ determinatu saltem admodum difficilis est, præstare videtur.

§. XXI. Coœuos igitur ex Prophetis habuit Amosus Esaiam & Hoseam, utpote qui & ipsi regnante Vzzia vaticinati sunt, licet terminum vaticinationis suæ ultra produxerint, ad tempora subsequitorum regum, Iothami, Achazi & Hizkiae, Esa. I, i. Hof. I, i. His addimus Ieolem & Ionam. Ieolem: quia in XII prophetarum minorum volumine, iam præcis temporibus sic, vt nunc est, ordinato, medium locum Hoseam inter & Amosum, coœuos fine dubio prophetas, obtinuit; quod factum vix esset, nisi hi qui Canonem sacrum,

Coœui prophetae, Esaias, Hoseas, Ieolem & Ionam.

& in hoc ipso τὸ Διδοναπερόπητον ordinarunt, Ioelem Hoseæ & Amoso ratione temporis æqualem iudicauissent. Accedit quod Amosus Ioelem & vaticinium eius non obscure respxit, dum auspicalia prophetiæ suæ verba, c. I, 2. *Dominus ex Tzrone rugier, & ex Hierosolyma edet vocem suam, ex Ioeлиs c. IV, 16. desumit, & tractationi sue veluti fundatum substravit.* Quod argumentum, præcedenti iunctum, saltem hoc efficit, ut quo tempore Amosus vaticinari occepit, Ioeлиs propheta iam extiterit, & respecta fuerit ab Amoso; haud aliter ac prophetia Esaiæ c. II, 2-4. a Michæa c. IV, 1-3. Obadiæ v. 1. seqq. ab Ieremia c. XLIX, 14. seqq. Eandem sententiam cum Hieronymo, Luthero, Abarbanele, Lightfooto, Vitringa, Maio propugnauit Ven. D. IO. HENR. MICHAELIS Praefat. in Ioelem, etiam ex paritate argumenti. Sic de plaga locustarum & siccitatibus, de qua Amosus ad Iirælitas c. IV, 7-9. Ioe ad Iudæos locutus est c. I, 4. seqq. Sed & *Ionam* addimus: quia licet vaticinum eius contra Nineven, in Canone sacro extans, forte recentius paulo fuerit, quam prophetia Amosi, saltem ex mente illorum, qui Canonem sacrum ordinantes, Ionam Amosum demum post Obadiam subiecerunt; tamen iam antehac voce, licet non scripto, vaticinatus erat de finibus Israelitici regni restituendis, illustris eventu, eoque per Ieroboamum II, sub quo Amosus prophetauit, ad effectum deducto 2 Reg. XIV, 25. De *Obadia* igitur ætate quid sentendum sit, & num Hoseam Amosus, virtumque vero Ioe vaticinando anteuerterit, quod CAMP. VITRINGA in *Prolegom. Comm. in Ies.* p. 6. probabile efficere conatus est; ex ordine illo, quo Amosum sequitur, Ionam vero præcedit, iudicari quodammodo potest. Plura de Prophetarum ætate & ordine dabit ABARBANEL Praefat. in XII Prophetas minores p. 221. sq. de Amosi vero in primis & Ioeлиs transposito ordine in LXXvirali versione secundum Codi-

zacharia
zeidO
lxx mss
mss
msq dema
in X sug
cld

Codicem Alexandrinum, 10. ERN. GRABE in *Prolegom. ad Octateuch.* §. 3.

Auditores
& Obie-
ctum vati-
ciniorum
Amosi præ-
cipue X tri-
bus,

§. XXII. Quamuis autem Amosus patria Thekoensis, ac adeo ex regno Iudaico ortus fuerit, tamen non illic, sed apud Bethelenenses in regno decem tribuum vaticinatus est: quod clarissime liquet ex fatis Prophetæ, ab ipsomet c. VII, 10. 17. perscriptis, & supra, §. XVIII. huius dissertationis nostræ explicatis. Nec vero solum ibi prophetauit, sed etiam contra easdem X tribus regni Israelicæ vaticinio suum imprimis direxit. Hinc prophetia eius inscribitur c. I, 1. *Vera-
ba Amos*, - - qua vidit, hoc est, prophetauit, אֶל יִשְׂרָאֵל, non ἐπὶ Ιερουσαλήμ, ut perperam in LXXvirali habetur, sed ADVERSVS ISRAELEM. Vbi quæritur, sitne vox Is-
rael in latitudine sua relinquenda, vt vniuersas tribus ab Is-
raele ortas, & has siue Vzziae siue Ieroboamo II. subiectas, denotet; an vero ad specialiorem restringenda significatio-
nem, qua Iudaico regno contradistinguitur, ac eas demum tribus indicat, qua Davidica familie regno inde a tempore Rehabeami subtractæ, Ieroboamo I. eiusque successoribus subfuerunt? Posteriori, vt nunc perspicimus, se magis pro-
bat nobis, quam prius. Etenim in primo statim vaticinio Amosus ipse Israelem contradistinguit non solum finitimus gentibus, *Damascenis* c. I, 3. 5. *Gazais* ac *Philistais* v. 6. 8.
Tyriis v. 9. 10. *Idumæis* v. 11. 12. *Ammonitis* v. 13. 15.
Moabitis c. II, 1. 3. verum etiam *Iudeis*, seu incolis regni Iu-
daici v. 4. 5. quum eodem orationis tenore pergens v. 6. sqq.
Sic dixit Dominus, inquit, *Propter tres prævaricationes IS-
RAELIS* cet. vbi palam est, *Israelem* stricto sumi significatu.
Hinc c. IV, 1. eundem Israelem a metropoli describit, *Audi-
te verbum hoc, vaccæ Basaniricæ, qua estis in monte SAMA-
RIÆ*. Et quanquam alicubi vniuersas tribus Israeliticæ in
vaticiniis suis coniungat, v. g. c. III, 1. *Audite verbum hoc,*
quod

quod locutus est Dominus ad vos, o FILII ISRAELIS, ad V-
NIVERSAM illam FAMILIAM, quam eduxi ex terra Aegy-
pti; tamen mox missis incolis Iudaici regni, ad Israelitici
regni ciues, tanquam ad proprios auditores speciatim con-
vertitur, v.g. ibidem v. 9. Congregamini super montes SA-
MARIAE, v. 12. Sic eripientur habitantes in SAMARIA,
v. 14. Die, quo animaduertam in Israelem propter praevarica-
zioni eius, animaduertam in altaria BETHELENSIA, quæ
erant Israelitici regni. Quemadmodum contra, c. V, 1-17.
ad X tribus quidem, tanquam ad proprium Obiectum, loqui-
tur, coll. v. 5. 6. 15. sed ita, vt in progressu ad ipsos una Iudaici
regni ciues orationem defleat, v. 18.-27. coll. v. 21.27.
Vicilim c. VI, 1. initio quidem compellat utriusque regni
incolas, Heus, inquiens, securi in TZIONE, & praefidentes in
monte SAMARIAE; sed finis Capitis ostendit, filium pro-
pheticu sermonis a generaliore Obiecto ad specialius propri-
umque esse reflexum, coll. v. 14. Suscitabo aduersum vos, o
domus Israels, inquit Dominus Deus exercituum, gentem, (As-
syrios puta) qui adfligent vos, inde ubi venitur Hamatham, us-
que ad fluvium planicie campestris: vt pote que descriptio
est finium, non totius Palæstinæ, Iudeam una complexæ,
sed regni speciatim sic dicti Israelitici seu X tribuum, coll.
2 Reg. XIV, 25. Hoc igitur sensu cum nobis veniat illud
comma in titulo libri, que vidit contra Israelem; hinc patet,
fieri in illo denominationem a potiori Obiecto vaticinii, eum-
que titulum vaticinia particularia aduersus finitimas gentes,
paulo ante memoratas, non magis excludere, quam illum
Esaiæ c. I, 1. Visio Esata filii Amotzi, quam vidit super Iuda &
Hierosolyma, cum constet etiam de Israelitis seu X tribibus,
Syris, Assyriis, Chaldaeis, Moabitis, aliisque gentibus vatici-
natum esse Esaiam. Existimamus autem Deum in primo hoc
Amosi vaticinio, comminationi aduersus X tribus præmisisse

E

commi-

Non tamen
exclusis in-
colis Iudaici
regni & po-
pulis finiti-
mis.

comminationes, primo aduersus exteris gentes, Damascenos, Philistæos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, Moabitæ, de inde vero aduersus Iudam; cum ut intelligeretur, id iam a gero Deum, ut de Israelitis non modo, verum etiam de finitimis populis, & de ipsis incolis Iudaici regni, graue sumeret supplicium, instantie iam die judiciali, qui **יום ענין טהרת ייחד** dies nubilus, ac tempus puniendarum gentium futurus esset Ezech. XXX, 3. tum ut X tribus inde argumentum ducerent a minori ad maius, & ad maiori ad minus, sic subsumentes: Si gentes punierat Deus, quarum tamen propter minorem gratia diuinæ mensuram, minor quam nostra culpa est, igitur nos multo puniet magis, coll. c. III, 2. *Tantummodo vos agnoui pra omnibus familiis terra, ideo animadvertis in vos propter omnes iniquitates vestras, &c. IX, 7. 8.* Nonne sicut *Æthiopum filii vos mibi estis, filii Israelis?* inquit Dominus; nonne *Israelitas eduxi ex Ægypto?* Ecce oculi Domini Dei sunt contra regnum hoc peccatum suum ceterum. Et vicepsim: Si ne Iudaico quidem regno parcer Dominus, in quo templum & vera eius religio remanent, quanto minus parcer nobis, qui verum Dei cultum dudum eliminauimus?

Amosus ipse
vaticinio.
rum suorum
scriptor,

§. XXIII. Amosum ipsum vaticinia sua scripto mandasse, aut mandari saltet curauisse, titulus libri probabile efficit: *Verba Amosi, - - quæ vidit contra Iudeam, ceterum.* Ut pote ad eum modum comparatus, quo tituli aliorum librorum sacrorum, suis quos præ se ferunt auctoribus procul dubio tribuendorum; v. g. Neh. I, 1. *Verba Nebemiae filii Chachaliae;* Cohel, I, 1. *Verba Cobeletb filii Davidis regis in Hierosolyma;* Ier. I, 1. *Verba Jeremias filii Hilkiae, ex sacerdotibus, qui in Anatbatib in terra Beniamin.* Nec opus haberet ista thesis probatione, nisi in dubium vocata esset, ex Iudeis quidem a Thalmudistis eorumque sectariis; ex Christianis vero, nomine saltet talibus, a THOM. HOBRESIO. Illorum effatum

effatum exstat in Tr. *Bababatra* c. I. *Viri Synagogae magna scripserunt librum Ezechielis, & duodecim Prophetas minores,* (ergo & in his Amosum). *Danielem item, & Volumen Estherae:* huius vero parum pia dubitatio in *Leuiarbane* c. 33. his verbis expressa legitur: *Liber Amos, prophetia ipsius est; an tamen ab eo scriptus sit, non adparet.* Vtique occasionem temerariae siue adsertio[n]is siue dubitationis inde sumserint forte, quod qui Amosi vaticinia edidit, de Amoso, veluti de tertia quadam persona, loquitur, non solum in titulo, *Verba Amosi, qui fuit (non qui fui) inter pecuarios ex Thekao, quæ vidit (non quæ vidi) contra Israelem;* sed etiam in medio libro c. VII, 12. *Dixit Amatzias, non ad me, sed ad Amosum,* v. 13. non & respondiego, sed respondit Amosus. Verum sic Mosi ip[s]i, sic Esaiæ & Ieremiæ, scriptio librorum suorum, propriis siue manibus siue auspiciis facta, pari modo abiudicanda foret, quia & hi in libris suis de se in tertia loquuntur persona Ex. III, 1. seqq. Es. I, 1. c. II, 1. cet. Ier. I, 1. seqq. c. XX, 1--3. cet. sed & dubitari posset, fintne C. IVLII CAESARIS de bello quod cum Gallis gesset Commentariorum libri VII, ab ipsius Cæsar[is] manu, vt pote in quibus res gestæ Cæsar[is] in tertia narrantur persona. Atqui prius non admittunt Talmudistæ, posterius non persuadet Hobbesius: ergo & in Amosi causa faciliat argumentum parum solidum, a PRAE-SIDE alibi, hoc est, in Præfat. vberiorum adnotat. in Daniel. §. XXIII. iam confutatum. Notetur vero contra, libellum vaticiniorum Amosi vel ideo ab ipso scriptum esse auctore, quia passim in prima persona loquitur, v.g. c. VII, 1 9. *Sic videre me fecit Dominus* cet. c. VIII, 1. 2. c. IX, 1. vt pote quod alii, nisi scriptori, vix competit.

§. XXIV. Cum vaticinium Amosi diuinitus inspiratum sit, ut Propheta ipse cum alibi passim, tum in primis c. VII, 15. afferit; & vero partem voluminis τῶν δώδεκα προφητῶν Amosi

Divina &
canonica
vaticinio-
rum Amosi
hoc auctoritas.

hoc est, duodecim prophetarum minorum, quod Hebreis absolute שְׁנִים, vel chaldaico vocabulo שְׁנִים appellari solet, inde a constituto Canone sacro iam fecerit, Sirac. XLIX, 10. iuncto simul Melitone, qui apud EUSEBIVM in Hist. Eccl. lib. IV. c. 26. prophetias τῶν δώδεκα ἐν μονοβίβλῳ, duodecim prophetarum uno libro comprehensas, & ipse memorat; plane ut Talmudici doctores in Baba batra f. 14. b. seqq. dubium ergo nequit esse, quin ad corpus illius Scripturæ S. canonica pertineat, de qua sanctus Apostolus 2 Tim. III, 16. 17. *Omnis, inquit, Scriptura, diuinitus inspirata est, & utilis ad doctrinam, ad coniunctionem, ad emendationem, ad institutionem in iustitia, ut perfectus sit Dei homo, ad omnem bonum opus consummatus.* Ipsi auctores sacri cum Veteris tum Noui Testamenti testimonium ei perhibent; dum vaticinum eius nominatim laudauerunt: ex illis (licet apocryphus) Tobias c. II, 6. *Et recordatus sum prophetia Amosi, quum dixit: Vertentur festa vestra in luctum, & omnes latititia vestra in lamentum,* coll. Amos. VIII, 10. ex his vero S. Stephanus Act. VII, 42. 43. *Quemadmodum scriptum est in libro Prophetarum: Numquid victimas & sacrificia attulisti mibi quadraginta annis in deserto, domus Israe lis?* cetera, coll. Amos. V, 25. 27. & Iacobus in Hierosolymitano concilio Act. XV, 15. 16. 17. *Quemadmodum scriptum est: Post hac reuertar & redificabo tentorium Dauidis collapsum,* cet. coll. Amos. IX, 11. 12. Quod vero maius est, Deus reale testimonium ei perhibuit, dum quæ Amosus prædictis, ipse, vt prædicta sunt, impleuit: ut quod Ieremias c. XXVIII, 9. veri prophetæ characterem facit, *Quisquis propheta varicinatus fuerit de pace, cum euenerit verbum propheta, cognoscetur propheta is, quod vere misericordia Dominus, pro diuinitate Amosi allegari debat;* imprimis quum ea prædixerit, quæ humana perspicacia homo pecuarius & idiota peruidere nequivit;

§. XXV.

§. XXV. Etenim argumentum prophetiae maxima quidem ex parte *commipariorum* est, videlicet inde ab initio libri Amosi usque ad c. IX, 10. *in euangelicas tamen promissiones*, & has lœtam rerum catastrophen, sub regno Christi exstituram, prænuntiantes, desinit c. IX, 11-15. idque eum in finem, ut tum iustitia Dei in puniendis impiis, tum veracitas in admplendis promissionibus æque, ac summa misericordia & gratia in saluandis per Christum Iudeis & gentibus, dilucescat; coll. c. IX, 8. seqq. homines vero ex securitatis veterno excitati, ad Deum conuertantur, coll. c. IV, 12. c. V, 4. 5. 6. 14. 15. Quod ad *commiparaciones*, sunt illæ partim *nudæ*, c. I. 2. usque ad c. VI, 14. partim vero typis ac emblematis figuratae, c. VII, 1. usque ad c. IX, 10. *Commiparationes nudæ* quatuor absoluuntur concionibus, quarum aliæ ab aliis procerimia formula distinguantur: 1) post generalem clarigationem emphaticis his expressam verbis, *Dominus e Tzio-ne rugiet, & ex Hierosolyma eder vocem suam; lugebuntque mansones pastorum, & exaresceret versex Carmeli* c. I, 2. primo finitimis gentibus, Damascenis v. 3. 5. Philistæis v. 6. 8. Tyriis v. 9. 10. Idumæis v. 11. 12. Ammonitis v. 13. 15. Moabitis c. II, 1. 3. ipsis incolis Iudææ v. 4. 5. deinde vero Israeli, hoc est, X tribuum regno, tanquam principali vaticiniorum suorum Obiecto, v. 6. 16. singulis propter tres præuaticiones, additamque his quartam, quæ præcedentium complementum est, extrema denunciat; 2) Israelitas primo in vniuersum, deinde vero speciatim incolas regni X tribuum, denunciatione imminentis excidii reip. denuo terret c. III, 1. 15. non sine respectu ad clarigationem illam primo sermoni præmissam c. I, 2. coll. heic v. 4. *Rugierne leo in syb-vo, cum praeda non fuerit ei? an edet iuuenis leo vocem suam ex lustro suo, nisi ceperit, seu in eo sit, vt capiat quid?* & v. 8. *Leo rugire, quis non timebit?* 3) primo magnates, mox incolas

E 3

incolas regni Israëlitici vniuersos, propter iniustitiam, idolatriam ac in peccatis pertinaciam, comminatione pœnae diuinitus infligendæ ad pœnitentiam excitat c. IV. 4) canit lamentum super instantे utriusque regni destruccióne, loquens primo X tribubus c. V, 1-17. deinde vero ciuib⁹ utriusque regni, tam Iudaici quam Israëlitici, coniunctim v. 18. vsque ad c. VI, 14. *Comminationes emblematica tribus constant sermonibus:* 1) imminentia Israëlitis Dei iudicia exponit, eaque primo inchoata sub symbolo locustarum c. VII, 1-3. & ignis v. 4-6. dein consummata sub symbolo perpendiculi v. 7-9. adiuncta narratione de actis Amosum inter & Amatziam super hac ipsa prophetia v. 10-17. 2) finem reip. Israëliticæ, diramque verbi diuini in exilio famam, prænuntiata sub typo fructuum æstiuarum c. VIII. toto; 3) Iudaico potissimum regno, sub emblemate percussarum a Domino columnarum Templi, comminatur excidium, quod primo exaggerat c. IX, 1-8. deinde refringit, additis *promissionibus illis euangelicis*, quas paulo ante commemorauimus, queque argumenti partem principalem faciunt alteram, v. 9-15. de regno Christi, Israëlitis & gentibus auspicio futuro.

Vtilitas exempli & libri Amosi.

§. XXVI. Habemus igitur in Amoso exemplum, multiplici nobis vñi futurum: exemplum hominis ex humili conditione ac sorte ad dignitatem propheticæ muneric⁹ uecti; pastoris olim & idiotæ, post vocationem vero diuinam ea & sapientia & dicendi facultate instruicti, vt non quidem persuasiois humanæ sapientia sermonibus, sed diuina efficacia potentiaque homines de voluntate, consilio, & attributis Dei docere potuerit. De quo AVGVSTINVS lib. IV. de doctrina christ. c. VI. post alia multa: *Quam si pulcher Amosus, inquit, & quemadmodum adficiat legentes atque intellegentes, non opus est cuiquam dici, si ipse non sentit.* Et plura quidem,

dem, quæ pertinent ad præcepta eloquentiæ, in hoc ipso loco, quem pro exemplo posuimus, possunt reperiri. Sed bonum auditorem non tam, si diligenter discutiatur, instruit, quam si ardenter pronuncietur, accedit. Neque enim hac humana industria composta, sed diutina mente sunt fusa & sapienter & eloquenter, non intenta in eloquentiam sapientia, sed a sapientia non recedente eloquentia. Plura cum dicere pro præsentis instituto prohibemur, hoc solum adiicimus: Felices nos, si Amosi prophetiam, cum reliquis Scripturis sacris, ita legamus, vt ex illa lectio eodem Spiritu, qui Amosum animauit, & nos imbuamur!


T A N T V M .

*NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
R E S P O N D E N T I
P R A E S E S.*

LAUDORI MERERIS, NOBILISSIME RESPONDENS,
quod post confectum in academiis litterarum stadium,
discedere binc, & ad Tuos remeare prius nolueris, quam
editio in publicum specimine fructus ex aeroasibus Doctorum
perceptos demonstrasses, instruta, quod, vti in se utile, sic
Regiae voluntati ac mandato conforme est. Et vero maiorem
in modum probo, quod cum in aliis studii theologici partibus
ac ornamentis, tum in primis in sacrarum litterarum scruta-
mine operam posuisti sedulam, ratus id quod res est, thesaurem

in

in illis reperiri verbi fidelis, seu fide digni, ad doctrinam
comparati, cuius tenacem Paulus vult esse episcopum, inde-
que & ministerii sacri candidatum, vt potens sit & adhortari
in doctrina salutari, &c contradicentes conuincere, Tit. I, 9.
Hac ipsa de cauſa placuit Tibi in publica disputationis materi-
am thema proponere, quod studiis a Te cultis bucusque appri-
me conueniret, hoc eſt, quod illuſtrandis Scripturis subseruit
re poſſet. Gratulor Tibi hoc tuum consilium, hanc tuam vo-
luntatem: nec dubito, quin in publico conficitur rem tuam ira-
gesturus sis, ut & hoc in parte gratulandi cauſam habeam.
Quod reliquum eſt, mi WEISBECKI, uti paternis caris ad
optima queque a teneris unguiculis formatus es, & per illud
tempus, quod apud nos exegisti, diligentem ac bonis moribus
compositum te geſſisti, sic Tibi Deus porro adſit, precor, ac Spi-
ritu ſuo, ſpiritu sapientia & prudentiae, ſpiritu consilii & for-
titudinis, ſpiritu cognitionis ac timoris Domini Te torum per-
fundat, ut uestigiis summe reverendorum tum PATRIS rui,
tum ADFINIS, quos fauores, amicos & fratres colo, fide-
litatem inſiſtens, virtutem eorum aliquando adæquas. Vale.
Dabam ex Museo d. V. April. c 1919 cccxxvi.




Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3





gen 18

EXERCITATIO
PHILOLOGICO-THEOLOGICA
DE
**VATICINIO
AMOSI
PROPHETAE,**

QVAM
ADSISTENTE GRATIA DIVINA,
PRAESIDE
**CHRISTIANO BENEDICTO
MICHAELIS,**
THEOL. ET PHIL. PROF. PVBL. ORD.
AD D. VII. APRIL. A. MDCXXXVI.
IN FRIDERICIANA ACADEMIA
HORIS LOCOQYE CONSVENTIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
RESPONDENS
GOTTLIEB AVGVSTVS Seißbed,
HALBERSTADIENSIS.

*HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.*

